



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 115. Diversæ Urbani VIII. Papæ Constitutiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

copiae hac occasione congregatae novam Sæc. XVII.  
conflarunt seditionem, electoque Duce A. C. 1630.  
Jarosio Wilinskio non modo stipendia  
præterita sibi numerari, sed & damna  
hoc bello accepta restitui imperiosius  
efflagitarunt: quocirca Rex tum ex  
proprio peculio, tum fide publica pe-  
cuniam mutuatus, stipendia persolvit,  
militemque placavit, damnorum com-  
pensatione primum dilata, post & ne-  
glecta. Sub idem tempus Wallenstei-  
nius acrius multo & importunius pro  
copiis Cæsareis, quas Arnhemius an-  
no superiore Polonis auxilio submiser-  
at, satisfieri petiit, ad proxima ta-  
men comitia rejectus, monitus inte-  
rim, ut in memoriam revocaret, quod  
Poloniæ Rex sæpius validas quoque  
suppetias Cæsari submisisset.

§. CXV.

*Diversæ Urbani VIII. Papæ Con-  
stitutiones.*

Inter Pastorales curas, quibus Urba- *Bull. Magn.*  
nus VIII. Pontifex Maximus Rem- *Urb. VIII.*  
publicam Christianam regere satage- *Conf. 106.*  
bat, haud infima erat, Ecclesiasticam  
disciplinam restituendi sollicitudo. Hanc  
in rem plures hoc anno Constitutiones  
edidit, ac primo quidem die decima  
nona Junii statuit, ne facultas eligendi  
*Con-*

Sæc. XVII. Confessarium virtute Bullæ Cruciate  
A. C. 1630. nec extra forum conscientiæ ad Regu-  
lares utriusque sexus vel cujuscunque  
Ordinis extendatur. Die autem vig-  
sima septima Augusti cuilibet Ecclesia  
ac Monasteriis ditionis Pontificiæ cer-  
tam pecuniarum summam imposuit,  
ex qua Clerici in Seminario Romano  
alerentur. Sequentis vero Mensis die  
vigesima prima Fratrem Joannem de  
Deo Congregationis FF. de misericor-  
dia Fundatorem in Beatorum Confe-  
ssorum numerum retulit, atque Officium  
Missamque de eo celebrandi faculta-  
tem concessit, prohibuitque, ne Scho-  
læ deinceps sub denominatione piarum  
scholarum ab aliis, quam Religiosita  
nuncupatis erigantur. Cum autem  
jam a quingentis annis circa admini-  
strationem, Dominium & usum Eccle-  
siæ S. Ambrosii Mediolani lis & contro-  
versia inter præsatæ Ecclesiæ Admi-  
nistratores, & Canonicos Monachos  
Cistercienses ferveret, hoc anno die  
septima Decembris concordiam restituit.

## §. CXVI.

*Variæ sacrarum Congregationum  
Decisions.*

*Decif. S. Congr. Con- cil. rit. &c.* Exstant pariter plura decreta, que  
exortis variis dubiis hoc anno a  
Sacra